

22
 opera domi enutriti regem in pugna uti solitum ad uictoriam ferunt. Alij ob
 fortitudinē corporis præcipuā, leonis similitudine, corporis animiq; uires ip-
 sum ostendere uoluisse. Secundus paries sculptus erat captiuus abiq; puden-
 dis, manibusq; a rege ductis: quæ nota erat illos esse animo uiles, & corpore
 imbecilles. Tertiū latus sculpturis uarijs picturisq; decoris, regis sacrificia, tri-
 umphumq; de uictis hostibus continebat. In medio peristyli latere statuæ iace-
 bant duæ ingentes ex unico lapide, cubitorum septem & uiginti: ad quas tres
 ex peristylo aditus patebant. Has propē, domus erat columnis suspensa, cuius
 latus quodlibet duo iugera complectebatur. In ea statuæ lignæ positæ haud
 paruo numero, representantes tum eos qui de re dubia disceptarent, tum re-
 spicientes eos qui in iudicijs sententias ferrent. Hi ab una muri parte sculpti
 triginta numero erant, & in medio iudicandi princeps: cuius a collo suspensa
 ueritas pendēret, & oculis esset subclausis, librorum cumulo circumfate. Hæ
 imaginis præ se ferebant, iudices integros esse debere: prætorem solam inspi-
 cere ueritatē. Dehinc deambulatoriū erat domibus pleniū, inq; eis diuersa epu-
 larum genera suauius gustu præparata. Sculptus deinde eminentes rex
 uarijs coloribus, aurum atq; argentū quæ ex aureis argenteisq; metallis annua-
 tim ceperat, Deo offerēs. Inscripta quoq; summa erat omnis in argētū redacta,
 MINAE TER DECIES CENTENA, ET DVCENTA MILIA MILIVM.
 Sequebat dehinc sacra bibliotheca, in qua inscriptū erat: ANIMI MEDICA-
 MENTVM. Erāt deinceps Aegypti deorū omniū imagines: regis quoq; dona
 ferentis, quæ cuiq; cōpeterent deo: ostendentis insuper & Osiridem & poste-
 riores reges, tum in deos cultu, tum inter homines iustitia, plurimū uitæ mor-
 talium profuisse. Ponē bibliothecā domus sita erat egregia, in qua uiginti ef-
 sent Iouis & Lunonis lectisternia, regis insuper statua, ubi & regis corpus se-
 pulcū uidebatur. Hanc circumstabant plurima habitacula, in quibus picta cer-
 nebātur animātia Aegyptia singula sacris apta, omnia sepulchrū uersus ascen-
 dētia. Circumibat monumentū aureus circulus cubitis treccis sexaginta quina
 que, unius cubiti spissitudinē: in quo descripti erant per singulos cubitos dies
 anni, & astrorum ortus atq; occasus, quid uē ea secundum Aegyptios astrol-
 ogos obseruata significarent. Eum circumferunt, quo tempore Camby ses et
 Persæ Aegyptijs imperarunt, ablatum. Hoc Simandij monumentū non so-
 lum cæteris omnibus sumptuosius, sed & artificio excellentius fuit.

Thebæi quidem se antiquissimos omnium profitentur: primumq; philoso-
 phiam ac astronomiā ab ipsis repertas, seq; a regionis situ adiutos ad cogno-
 scendos orientiū ac occidentiū astrorū motus. Insuper & menses ab eis & an-
 nos esse institutos. Dies non secundum lunam, sed secundum solem metiunt,
 triginta dierū mensem conficiētes. Quinq; autem dies & quartū duodecim
 mensibus adiungentes, anni cursum perficiunt. Intercalares menses nō inter-
 ponunt, neq; dies subducunt, sicut & Græcorum quidam. Solis & lunæ dese-
 ctus diligenter scrutati sunt: ex quibus multa futura prædicere cœperunt. Ab
 huius regis progenie profectus postea Ogdous, qui V choreus cognomina-
 tus est, Memphim condidit ambitu stadiorū centū & quinquaginta, urbē om-
 niū Aegypti præclarissimam, opportuniōri totius eius oræ loco, ubi Nilus
 in plures scissus partes efficit formā Deltae. Quo fit ut tanquā in Nili claustro
 posita aditū præbeat, prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Vrbs mun-
 dita est, ac optimē sita, nam fluente iuxta eam Nilo, ad cohibendā aquarū in-
 undationē uersus Nothum aggeres ingentes opposuit, & incremento fluij
 præsidium, & aduersus hostes qui a terra irent, munimentū. A partibus cæte-
 ris undiq; effossus est lacus ingens ac profundus: qui superabundantiā flumi-
 nis in eum delata, ac locis urbi uicinis, excepto aggere, aqua repletis, urbem
 efficit munitissimam. Talem igitur eius urbis conditor loci opportunitatē ele-
 git, ut posterī reges ferme omnes relictis Thebis & regiā & habitaciones in ea
 adifi-